Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26825
Copyright: Admont, Benediktinerstift



congruo ordine fecit celebrari.
Scs itaq; dni uir: cupiens augmentare loca. a pfato duce aliquem fiscum suum. uocabulo dictum pidingin. inter aurum & argentum cum millenis comparauit solidis. Et sic deinceps do auxiliante ex tradicione regum siue ducum siue fidelium uirorum loci res accrescere ceperunt. Porro his diebus quidam probabiles uiri beato pontifici cum magna admiratione narrauerunt. quod ipsi in heremo que temporis tunc appellationis nota caruit. nunc bongowi dicitur. celestia prodigia ardentium lucernarum ter quaterq; uidissent. & mirifice suauitatis odorem ibi redolere sensissent. Mirantibus autem qui audierant super talibus prodigiis. scs epc domningum uenerabilem pbrm suum ad eundem locum misit. precipiens ut ueritatem huius signi diligenter approbaret. ponendo in eodem loco crucem ligneam. quam ipse scs sua alma manu benedixit. & illuc direxit. Domningus uero illuc cum peruenisset. statim primo noctis exordio cum religiosis qui secum aderant. celitus emissas aspiciebat claras lucernas, descendere. & totam illam regionem loci. ad instar solaris radii irradiare. & hanc uisionem per tres noctes cum suauitate mirifici odoris ibi uidebat irradiare. Tunc ipse in eodem loco benedictam crucem erexit. & super fabricato tugurio ad scm Rodbertum regressus est. priorem relationem certa assertione confirmans. Scs Rodbertus quoq; comunicato consilio cum theodone. persemet ipsum eandem heremum adiit. & uidens locum humanis humanis habitationibus posse fieri aptum. annosa robora exstirpare. siluarum condensa in planitiem campi redigere. ac ecclam cum habitaculis seruorum dei ibi edificare cepit. Hisdem uero temporibus theodo. aduersam incidit ualitudinem. Cumq; sibi uite terminum appropinquare sentiret. uocauit ad se theodobertum filium suum. & ducem noricorum constituit. precipiens ei obedire scto Rodbrto ad xpianitatem suam. & ad opus diuinum diligenter illum adiuuare. scimq; locum iuuauensis ecclie amare. & honoribus & dignitatibus iugiter sublimare. Cumq; huiusmodi mandatis & omnibus quibus uoluerat filium instruxisset. ultimum diem clausit migrans

Post hec uero theo[illegible] ad dnm. dobertus cum optimatibus suis ad scm Rodbertum uisendi gratia ire preexit. & ueniens ad illum in supradicta heremo. & illum & locum pio ueneraba[illegible] affectu. dans ad ecclam quam scs Rodbertus ibi construxit. ac ipso duce presente in honore sci maximiliani dedicauit. tria miliaria undiq; de eadem silua & uilla albina. cum ceteris donariis in alimoniam monachorum. quos scs pontifex ibi do seruiendum posuerat. His ita gestis. uidens uir dei bawarice dignitatis culmen iugo xpi se se subdidisse. s; gentilitatis errore plures inuolutos super eem. ad patriam suam repedauit. & inde cum. xii. ad predicandum sibi sociis electis. inter quos erant eximii. beatus kunialdus. & scs Gisilarius ambo pbri. ambo sci uiri. & secum uirginem xpi scam Crindrudem neptem suam adducens. quasi cum tot luminaribus ad urbe iuuauensem regreditur. Tunc in superiori castro eiusdem ciuitatis. construxit in honore dni nri ihu xpi. & sue scee genitricis perpetue uirginis Marie monasterium. & ibidem cum congregatione scimonialium posuit scam Crindrudem ad seruitium celestis regis. atq; cum theodobrti ducis astipulatione. qui possessiones ad illud cenobium tradidit infinitas. earum conuersationem pomia rationabiliter disposuit. His autem expletis iste uir beatus inceptum opus predicationis. cum summi opificis adiutorio studens ad perfectionem perducere. norica regna discipulorum suorum comitante catua circuire destinauit. & ab urbe egrediens iuuauensi. gentes quibus non dum fidei lumen re